

Accidentia de quibus artifex considerat sunt duo. 1. mo. dis, quædam existunt in suo subiecto essentialiter, & p. 1. mo. & quædam existunt similitudine ad accidentia existētia in subiecto alterius scientiæ. 3. Cœli. cōmē. 7.

Accidentia sunt diuisibilia duobus modis. 3. Cœli. tex. cō. 7. men. 7.

Accidentia existentia inre generata, existunt à generante, tamē mediante forma generati: & ita est de motu. 3. Cœli. com. 28. idem. 8. Phylt. tex. com. 32.

Accidentia magnam partem cōferunt ad cognoscendum quodquid est. primo de Anima. tex. cōmē. 11. Vide cō. diuisiones requisitas postas per lucidissimū Themistiū, & etiam per Auerroem.

Accidens alicui accidit non secundū quod est, & quod accidit alicui non secundū quod est, necesse est ut sepatetur ab eo. 3. de Anima. com. 28. Vide primo Cœli. cōmē. 14. & 4. Phylt. com. 31. 43. 97. & 2. de Anima. com. 133.

Accidentium quædam sunt existentia in indiuiduis substantiarum simplicium, & quædam in indiuiduis substantiarum compositarum, uel in habentibus animam, uel in carrentibus anima. Et cōm. entoini de Diuinatione secū. dum quietem.

Accidentia quæ non transmutant substantiam differentis, sunt cōmūia utriq; corpori. 2. cap. de Substantia orbis.

Accidentium generatio non est necesse, ut fiat à sibi simili bus, nec in genere, nec in specie: ut dicit Arist. in Meta. 2. cap. de Substantia orbis. 2. Cœli. com. 42. 7. Meta. com. 31. 12. Meta. tex. com. 13. & com. 18.

Accidentium prædicatio de substantiis, & accidentium de seiuicem, est per accidens. primo Metaphy. cō. 30. idem primo Posteriorum.

Accidentia attribuantur substantiæ non quia est agens, aut finis eorum, sed quia constituuntur per illam, & est subiectum eorum. 4. Meta. com. 2.

Accidentium entis quædam sunt opinabilia, & quædam sunt entia. 4. Meta. tex. com. 6. Inde collige qd diuisiones entis sunt multiplices, & diuersarum rationum, quia quædam sunt per entia rationis, ut per se, & per accidens, per complexum, & incomplexum, & id genus. & quædam sunt ex natura rei, ut diuisio entis per substantiam, & accidēs, per potentiam, & actum, per unum, & multa. Tales enim diuisiones sunt entis extra animam, quod est subiectum scientiæ Diuinæ. Et secundum illas tres diuisiones scientiæ Diuina est diuisa in tres partes, ut bene notat Cōmē. in Proœmio super. 7. Prime philosophiæ. Et ex hoc patet error illorum qui ponunt ens in sua maxima cōmūitate, secundum quam dicitur de entibus realibus, & rationis, esse subiectum adequatum in scientia Diuina, eo modo quo de ente uidetur loqui Arist. in. 4. Meta. tex. cō. 2. ubi loquitur de ente in sua maxima cōmūitate, secundū quam dicitur de omnibus, & de affirmationibus, & priuationibus, & negationibus: ubi etiam (ut notat Cōmē. 1.) dicitur de secundis intellectis, & uniuersaliter sunt res Logicæ. intantum qd Franciscus ille de Mayrone uoluit ens isto modo transcendētis se ipsum, esse uniuocum entis reali, & entibus rationis. Sed isti multum deuiant à doctrina Arist. nam Arist. posita diuisione entis per ens in anima, & extra animam, & per ens per se, & per accidens, in. 6. Meta. excludit à consideratione scientiæ Diuinæ ens per accidens, quia non est terminatum, neq; habet causas terminatas ex quibus sciri possit: et excludit ens in anima, quia est ens diminuti. Et per consequens omnes libri præcedentes septimum Megaphysicæ, sunt tanquā preparatorii: sicut bene notauit Cōm. ubi supra. Amplius, ens quod dicitur de affirmatione, & negatione, est pure æquiuocū, sicut exprælle notat Cōmē. 7. Meta. com. 1. 5. Pure autem æquiuocum non potest esse subiectum in aliqua scientia: licet enim (ut notat Cōmē. in. 4. Meta.) in pure æquiuocis reperitur prædicatum uerum, ut ista: Omnis canis est uulcher. nō tamen in talibus reperitur prædicata essentialia, id est prædicata per se primi, aut secundi modi dicēdi per se, quæ ingrediuntur in simpliciter scibilibus: ut do

cuit Arist. in. 1. Poster. analyticorum.

Accidens accidenti non accidit, nisi quia ambo eidem accidenti. 4. Meta. tex. com. 14.

Accidentium attributio ad substantiam est essentialis, uerbi gratia, musica in Socrate: sed attributio accidentis ad accidens est per accidens. 4. Meta. tex. com. 14. Vbi aduertit qd Cōmē. declaratans quomodo accidentia de substantia dicantur essentialiter, dicit: Quia ista prædicatio conuenit cum prædicatione substantiali in hoc, quod est secundum cursum naturæ. Accidentia enim existunt in substantiis per se, & attribuntur eis essentialiter: & secundum qd substantia disponuntur per illa sunt accidentia substantiarum. Attributio autem accidentis ad accidens non est essentialis. Vbi animaduerte qd secundū Peripateticos duplex est prædicatio, naturalis uidelicet, & præter naturā: sicut benenotat Cōmē. in. 7. Primæ philosophiæ, in cō. 59. Vbi scire debet qd (ut dicitur Logici) prædicatum habet modum formæ, & subiectum habet modū materiæ: id est propositiones specificantur à prædicatis, & non à subiectis. Et quia respectus superioris ad inferioris, est respectus contentis ad contentum, & totius ad partes: talis autem respectus est, sicut respectus formæ ad materiam. De contenti ad contentum, patet. 4. Cœli, & mundi. tex. cō. 23. De toto, & partibus patet. ex. 7. Meta. cōmē. 35. Similiter quia dispositio accidentis ad substantiam, & respectus formæ secundum quid perfectius ad subiectum tanquā ad materiam. Substantia enim, ut scribit Cōmē. in. 4. Meta. com. 2. non est causa accidentium, neq; secundum agens, neq; secundum finem, sed quia est subiectum eorū, & constituantur per illam. Inde sequitur qd quotiescunq; superiora prædicantur de inferioribus, aut accidentia de substantiis, siue sint propria, siue communia, omnes istæ prædicaciones sunt naturales: quia in talibus prædicatur id quod debet prædicari, & subicitur id quod debet subici secundū naturam. nam secundum naturam illud aptum est prædicari, quod habet respectum formæ, & illud est aptū naturū subici, quod habet respectum materiæ. Ex quo sequitur qd quotiens prædicantur inferiora de superioribus, aut subiecta de accidentibus, aut accidentia de accidentibus, aut idem de seipso, omnes istæ prædicaciones sunt non naturales: nam in talibus prædicatur id quod nō habet habitum formæ, & subicitur id quod non habet habitum materię. De primis duobus modis clarum est, nam quando prædicatur inferioris de superioris, aut subiectum de accidente, non est habitudo prædicati ad subiectum habitudo formæ ad materiam. De tertio etiam, ubi prædicatur accidens de accidente, non est habitudo subiecti ad prædicatum habitudo materiæ ad formam: quod libet enim accidens esse forma in se, & ideo si unum sit materia aliterius, hoc est per accidens, uidelicet respectu subiecti tertii, cui ambo accidenti. Similiter prædicatio in qua idem prædicatur de seipso, est præter cursum naturalem. Cum enim materia sit primò diuersa à forma, impossibile est, ut idem respectu suimet habeat respectum materiæ ad formam: & ideo ista prædicatio est in fine prædicacionis exuentis à naturali prædicacione. Vnde Cōmē. in primo Priorum. in Digestione de quarta figura cōtra Gal. insert qd data quarta figura, sequitur qd idē sit prædicatum de seipso, quod est in fine abhominacionis. Et in. 4. Meta. cō. 3. dicit qd prædicatio in qua idem prædicatur de seipso est negatoria. Licet enim Porphyrius dixerit indiuiduū de uno solo prædicari, illud tamen nō est secundum cursum naturalem. Vnde Arist. animaduertens ad istud dixit in Prædicamentis, à prima substantia nullam esse prædicacionem, scilicet naturalem, & propriè dicitur, de qua est scientia. Et animaduerte qd licet triplex dicatur esse prædicatio per accidens, quarū una est quando accidens prædicatur de subiecto, secunda quando de accidente prædicatur subiectum, tertia quando accidens prædicatur de accidente: qd prima sola dicitur prædicatio naturalis, duæ uero reliquæ sunt præter naturā. Et prima ex hoc qd est secundum cursum naturæ, comparata ad alias duas quæ sunt præter

Te. cō. 11.

Digestio de duplici prædicatione naturali, & præter naturā,

Prædicatio duplex.

Digestio de digestione entis.

Error aliquorum in assignando subiectum scientiæ diuinæ.

Lapsus Franciscus may. circa uniuocacionē entis.

In proœm. 7. Meta.

Cō. 12.

In c. de sp. Ca. de sub. Nota de triplici prædicatione accidentis.